

*Depuis la Purification jusqu'à Pâque.*

Ave Regina cœlorum ; Ave, Domina Angelorum ; Salve, Radix, salve, Porta, Ex quâ mundo lux est orta. Gaude, Virgo gloriosa, super omnes speciosa : Vale, ô valde decora, et pro nobis Christum exora.

v. Dignare me laudare te, virgo sacrata ;

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

Concede, misericors Deus ; fragilitati nostræ præsidium, ut qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per. etc.

*Au temps pascal.*

Regina cœli, lætare, alleluia ; Quia quem meruisti portare, all. Resurrexit sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia.

v. Gaude et lætare, virgo Maria, alleluia ;

R. Quia surrexit Dominus verè, alleluia.

OREMUS.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es, præsta, quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam perpetuè capiamus gaudia vitæ. Per, etc.

*Depuis la Trinité jusqu'à l'Avent.*

Salve, Regina, mater misericordiæ ; vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exules, filii Evæ ; ad te suspiramus gementes et